



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

98. An Religiosus, si cum licentia superioris maneat extra ab Ordinario? Et  
an Religiosi elige[n]tes Confessariu[m] virtute lubilæi eligere possint ab  
Ordinario, non approbatu[m], sed solu[m] à suis ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76429](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-76429)

Generali? Ex part. 4. tractat. 4. & Miscellan. Resolut. 3.

§. 1. Negatiuam sententiam docui cum 19. Doctoribus in additionibus positis in quinta editione Lugdunensi meorum operum, resolut 4 qui-  
bus hinc est bus nunc addo Barbofam de potest. Episc. part. 2. al-  
leg. 25. num. 64. Mofesium in summ. tom. 1. tract. 7.  
Quod hinc est c. 14. num. 60. Sancium in selectis disp. 49. numer. 7.  
Bonacianum de Sacram. disp. 5. quest. 7. num. 25.  
Chapeauillam de cas. refut. quest. 2. diffic. 4. Ho-  
m. 4. Quid. & mobonum de exam. Eccles. part. 1. tract. 5. e. 22. q.  
12. Mirandum in manual. Prælat. tom. 1. q. 4. art. 11.  
c. 1. q. 4. art. 11. concil. 2. Præpol. in 3. p. D. Thom. qu. 8. dnb. 2. nu. 6.  
Cominch. de Sacram. disp. 8. dub. 7. num. 48. Et ratio  
nem est, quia Concil. Trid. sess. 23. cap. 15. de reform. vt  
paterclarè ex eius lectura, nihil innovat circa Regu-  
larès; vnde sicut ante Concilium poterant confiteri  
cum Sacerdote sacerdotali fine vlla approbatione Episcopi,  
sic etiam possunt hodie post illud, à iure enim  
antiquo non est recedendum, nisi expelsè per aliud  
recons emendetur, corrigitur, limitetur, aut revoce-  
tur, ex l. precipimus. C. de appellar. & c. 2. de translat.,  
Prælat. sed in Conc. Trid. vt dictum est, nihil circa  
religiosos emendatur, corrigitur, aut reuocatur, er-  
go &c. Et fundamentum, quare Concilium nihil quo-  
ad Regulares innoverat, est, quia ratio quæ mouit Pa-  
teres illos ad irritandas confessiones sacerdotalium, quæ  
ferent Confessarii non approbatis a suis Episcopis,  
non militat in Religiosis, & Monialibus, sacerdotes  
enim conscientias habent communiter grauioribus  
peccatis oneratas, & idem ratio postulabat, vt illis  
darentur, & assignarentur Iudices, & Medici, qui à  
suis Episcopis iudicentur idonei; Religiosi autem  
communiter sunt cauiores in peccando, & conscientias  
habent magis timoratas.

2. Verum his non obstantibus cum hæc opinio,  
vt vñus est, sit fundata in apertis verbis Concilij, &  
sit communi calculo recepta, non solum ab his qui  
scripta sua typis mandarunt, sed etiam, qui è subtili-  
bus docent, quia credetur aliquem ita strenuum mili-  
tem esse, vt auderet aduersus tot fortissimos Duxes  
pugnam aggredi, & torrenti Doctorum se opponere;  
& tamen iterum is est P. Peregrinus, qui in nouiss. ad-  
dit. q. 4. affirmatiuam sententiam mordicus contra me-  
docet, sed videamus catapultas & arietes, quibus ip-  
se conatur hanc arcam expugnare.

3. Primo, afferit hanc sententiam tenendam esse  
ratione confuetudinis post d. Conc. Trid. quia Or-  
dinarii tam sacerdotes, quam Regulares, non per-  
mittunt Sacerdotes suos subditos ab eis non appro-  
batus, audire Confessiones tam sacerdotalium, quam  
Regularium, nec ipsi Sacerdotes non approbati ab  
Ordinariis suis volunt audire. Respondeo, quod tu-  
tum hoc gratis dicitur, & idem gratis negatur: nam  
quando casus accedit, dico Sacerdotes sine approba-  
tione Episcopi confessiones Regularium excipere:  
deinde quero à P. Peregrino, quare talis confuetudo  
ipsi soli innocuit, & non innoverat DD. Italii, His-  
pani, Galli, qui contraria sententiam docuerunt;  
mita res est ipsum solum circa cognitionem talis  
confuetudinis Argum fuisse, & omnes alias talpas;  
sed ego constanter nego adesse, imò non solum Episcopi  
huius opinioni se opponunt, vt vult Peregrinus,  
sed illam docent, vt fecit Thomas Zerola Episcopus  
Beneventanus in praxi Panit. cap. 15. quest. 2. neque  
scio vñque adhuc alter cautum fuisse in ordinatione  
alium Dicccsis.

4. Secundò afferit Peregrinus, quando Summus  
Pontifex per Iubilæa, & sacram penitentiam con-  
cedit facultatem Regularibus eligendi idoneum Con-

Tom. VII.

fessorium, semper ponit clausulam illam, dempon-  
do Confessarius sit ab Ordinario approbatus: ergo,  
&c. Respondeo hoc argumentum nihil probare, quia  
vt optime obseruat Fagundez de precept. Eccles. prac.  
2. lib. 7. cap. 2. num. 5. & 12. & alijs. Summus Ponti-  
fex vult concedere illam gratiam cum tali onere, &  
conditione, quæ quidem in dictis casibus meritò ap-  
ponitur, cum Regulares possint confiteri extra Reli-  
gionem, inicu corum Praelatis; ergo vñus est pru-  
denter Summis Pontificibus in tali casu magis'caute  
ambulare, illasque gratias cum tali conditione con-  
cedere.

5. Tertiò argumentatur Peregrinus ex declara-  
tione sacra Congregationis afferentis Episcopis non  
potest sibi eligere Sacerdotem non subditum, qui à R. 92. § 1. &  
proprio Ordinario non sit ad formam Concilij Tri-  
dentini admissus ad audiendas confessiones; ergo in §. 2. & in  
multo minus Religiosus, qui habet facultatem eli-  
gendi sibi confessarium potest eligere Sacerdotem,  
qui non sit admissus ad confessiones audiendas iux-  
ta formam Concilij Tridentini. Respondeo negando  
consequentiam, quia Episcopi includuntur in deter-  
minatione Concilij Tridentini, quod nullus Sacer-  
dos possit audire confessiones sacerdotalium sine appro-  
batione sui Ordinarii; & idem recte sacra Congre-  
gatio hoc declarauit. Regulares vero, vt docent  
omnes, & patet ex ipsis verbis Concilij, in dicto de-  
creto non comprehenduntur: ergo non recte P. Pe-  
regrinus argumentatus est in hoc casu de Episcopis  
ad Regulares. Adde quod non est nouum ex priuile-  
gio multa concessa esse Regularibus, quæ Episcopis  
denegantur.

6. Et tandem afferit Peregrinus, quod vbi est ea-  
dem ratio, debet esse eadem iuriis dispositio; sed ea-  
dem ratio militat in auditione confessionum Sacer-  
dotum sacerdotalium, & Episcoporum, ac Religiosorum  
ergo eadem dispositio Concilij Tridentini seruari  
debet circa Sacerdotes, qui audiunt confessiones Re-  
gularium, quæ seruatur circa illos, qui audiunt con-  
fessiones Sacerdotum sacerdotalium, & Episcoporum:  
nam Sacerdotes sacerdotalis non sunt aucti mandi peioris  
conscientia, quam Regulares. Ita Peregrinus. Sed  
respondeo quod valde miror apud illum Clerum sacer-  
dotalium pauci passu procedere cum Clero Regularia.  
Ego sacerdotes valde veneror, & scio in-  
ter illos aliquos sanctiores inveniri aliquibus Reli-  
giosis, sed absolute loquendo perfectiores reputan-  
tur Regulares, & cautiores in peccando, quam sa-  
cerdotes Sacerdotum sacerdotalium; vt probat D. Thomas quod lib.  
3. q. 6. art. 17. Vnde recte hos in decreto inclusi  
Tridentinum, non autem illos, & idem nescio quo  
modo afferre potuerit Peregrinus non adesse dispa-  
rem rationem inter illos.

7. Hinc ex his sequitur, præpositos locales no-  
stræ Religionis, quibus non deficit commoditas con-  
fandi confessarii nostræ Religionis, posse confi-  
teri simili Sacerdoti nostræ Religionis, qui non  
est admissus ad confessiones audiendas à nostro Pa-  
tre Generali, quia vt dictum est, habent potestatem  
eligendi Confessarium, & Tridentinum nihil innoc-  
uat quoad approbationem Confessariorum in ordi-  
ne ad excipiendas confessiones Regularium, & ratio-  
nes quas pro contraria sententia adducit Peregrinus  
qu. 5. omnes solvuntur ex supradictis.

### RESOL. XCVIII.

*An Religiosus si cum licentia Superioris manet extra  
Monasterium, teneatur confiteri cum Sacerdote ap-  
probato ab Ordinario.*

G. E.

*Et an Religiosi eligentes Confessarium virtute Iubilei, eligere possint ab Ordinario non approbatum, sed solum à suis propriis Praelatis designatum?*  
*Et adducetur insigne privilegium, videlicet quod Regulares possint semel eligere de eadem obseruantia Confessorem, qui de omnibus peccatis reservatis, & Censuris possit eos absoluere, imo & dispensare in irregulatibus, excepto homicidio, & mutilatione voluntaria. Exp. 9. tr. 8. & Mif. 3. Ref. 5. 5.*

Sup.hoc sup §. 1. **A**ffirmative respondet Lopez de Texeda in Theol. Mor. tom. 2. lib. 3. tract. 1 contr. 6. quæst. 3. num. 7. vbi sic ait: An Sacerdos, cui Religiosi exentes è Monasterio de licentia Praelati debent sua confiteri peccata, debeat esse approbatum? R. seq. §. 1. & tuis ab Ordinario? circa quam difficultatem affirmat Suarez, 4. tom. de Relig. lib. 2. cap. 17. numer. 6. § Quoad & in R. 92. non esse necessarium Sacerdotem illum habere alias iurisdictionem, sed sufficere diuitias, fateatur, esse tr. 3. R. 3. Sacerdotem; existimat enim praefatus Suarez Religiosos semper absolui per iurisdictionem à suis Praelatis deriuatam: & id est asservi non esse necessarium, Religiosum exente è monasterio, & extra illum peregrinante, eligere Sacerdotem approbatum ab Episcopo, sed quemcumque alium non approbatum, sive secularis, sive Regularis. Cæterum ego dico talern Sacerdotem electum à Religioso peregrinante debe esse expositum ab Ordinario, habere que alias iurisdictionem ad absoluendum; quia Praelati Regularis voluntas, concedentis licentiam Religioso extra monasterium exundi, debet esse rationabilis, & non exorbitans à Iure communis, sed conformiter ad illud, debet Religioso concedere licentiam, & id est cum iuxta Concil. Trid. Confessor electus debeat esse approbatus ab Episcopo, electus à Religioso debet etiam esse ab Episcopo approbatus; nec credendum est. Ecclesiam alteri concedere facultatem Praelatis in ordine ad suos subditos.

2. Nec differentia, quam assignat Suarez inter Peregrinum secularis, & Religiosum, est aliquius momenti; scilicet quod secularis absoluatur in aliena Diœcesis more incolarum illius loci, in quo versatur; Religiosus autem peregrinus absoluatur more Religiosorum, atque adeo per iurisdictionem manantem à suis Praelatis id enim verum non appetit: tum quia Concilium Tridentinum absque vila distinctione loquitur, & vniuersaliter decernit Confessarium eligendum debere esse approbatum ab Ordinario: tum etiam quia secularis Clericus dum iter facit, non minus subiicitur Episcopo illius Diœcesis, ad quam diuertit, quam Religiosus Provincialis illius Provincie, in qua versatur peregrinando: ergo sicut Clericus secularis iter faciens, necessariò tenetur eligere Confessarium approbatum ab Episcopo; ita Religiosus: quare fallitur Suarez dum assertit Concilium Tridentinum illam approbationem, quam exposcit, solum voluisse esse necessariam ad confessiones secularium excipendas, nam cum Concilium absoluere loquatur absque distinctionem vlla, non est æquum, vt nos illam apponamus.

3. Non enim nego ego, Praelatum in Conuentu suo posse exponere aliquem Religiosum, vt confessiones caterorum Fratrum excipiat, quamvis approbatus ab Episcopo non sit, cui Religiosi possunt confiteri: caterum quod nego est, & quod videtur nouum, quod Religiosus qui ex licentia Praelati à Monasterio exit, & peregrinatur etiam extra suam Provinciam possit eligere Confessarium secularis non approbatum, nec ab Episcopo expositum: nam et si Religiosus absoluatur more Religiosorum, & per iurisdictionem manantem à Praelato, id tamen de-

bet fieri iuxta formam Tridentini. Et idem firmiter dico, Religioso exenti à Monasterio ex licentia Praelati, per se loquendo, in sua peregrinatione non esse ei liberam electionem Sacerdotis secularis, vel Regularis, nisi talis approbatus sit, & iurisdictionem habeat alias: nam illa Sacerdotis approbatio, & iurisdictione necessaria præsupponitur, & prærequisit, vt possit eligi à Religioso peregrino. Huc vñque Texeda. Sed ego puto non esse recessum à sententia Suarez ex his, quæ adnotauit in *Addit. ad primam partem Refolut.* 4. vbi plures Doctorates inuenies, ita ut sit sententia communis. Vñque de nouissime doctissimum Amicum, in Cor. Titel. tom. 8. disputat. 15. sect. 3. numer. 98. vnde non effaudiendus Texeda.

4. Sed hic obiter quero, quid dicendum de confessionibus Religiosorum, possunt ne Religiosis gentes Confessarium vittute Iubilei, eligere ab Ordinario non approbatum, sed solum à suis propriis Praelatis designatum? Procedit quæstio, quando in bilatum expoſtulat eligere Confessarium ab Ordinario approbatum. Hoc, inquam, calu videatur ne quaquam eligi posse à Regularibus, Sacerdotem ab Ordinario non approbatum, tametsi à propriis Praelatis fuerit designatus; quia Iubileum expressè postulans, vt eligitur Confessarius ab Ordinario approbatus aliis non committit iurisdictionem absoluendam.

5. Sed hoc non obstante contraria sententiam ex Bonacina probabilem putat Castrus Palauus *tom. quarti, tractatu 23. disputatione unica, punto. 15. Paragrapho secundo, numero 11.* quia profundendum non est Pontificem, facultate Iubilei secularibus, & Religiosis concessa eligendi Confessarium ab Ordinario approbatum mutare voluisse Ius Religiosorum potentium confiteri Sacerdotibus ab eorum Praelatis approbatis, sed potius illo iure retento, hinc illis extensionem addidisse, vt approbatum ab Ordinario loci eligere possint. Quare illa yerba: approbatum ab Ordinario, ampliavit, & non priuatis sumenda sunt. Praterea, Confessor à Praelatis Ordinis designatus absoluere dici potest ab Ordinario approbatum comparatione Religiosorum; tum quia extra Sacramentum Ordinis Praelatis Religiosum comparatione Religiosorum est Ordinarius; tum quia à Pontifice approbatus est comparatione Religiosorum, qui ab eorum Praelatis fuerit approbatus. Sed tu ne discendas à sententia negativa, quam tueris Suarez *tom. quarti, disputatione 18. sectione sexta, numero undecimo.* Reginaldus lib. 1. numer. 175. & alij.

6. Nota tamen hic obiter insigne privilegium, quod ex Roder. refert. Suarez *tom. 4. de Relig. lib. 2. in capit. 19. numer. 7.* concessum Fratribus Minoribus & consequenter reliquis Religiosis, qui per communicationem illud participant: vt possint semel elegere de eadem obseruantia Confessorem, qui de omnibus peccatis reservatis, & censuris possit eos absoluere, imo & dispensare in irregularibus, excepto homicidio, & mutilatione voluntaria. Quod etiam obseruavit Amicus, vbi supra à *sectione secunda, numero quinquagesimo-nono,* f. bds dicit p. uilegium vti non posse Religiosos Societatis absque licentia Praepositi Generali: cum nullum p. uilegium vim habeat in Societate, nisi vt communicatum à Praeposito Generali, vel ab alio ab ipso designato, vt habetur in Bulla Gregorij X IIII. de flv. facultatum.

RESOL